

Smaastykker.

I.

Nogle Bidrag til norsk Kirkehistorie.

Ved Bibliothekar L. Daae.

1.

Samtidig Beretning om et Præstevalg i Oslo 1602.

Det her meddelte Brev findes i Orig. paa det st. kgl. Bibl. i Kbhvn. i den saakaldte »Bøllingske« Brevsamling. Det omhandlede Valg har nogen Interesse, fordi Christian IV personlig interesserede sig for Sagen; Kongen opholdt sig nemlig som bekjendt i og ved Oslo den største Del af Efteraaret 1602, og havde dengang medbragt ogsaa Dronningen, et Særsyn i Norge, som ingen Dronning havde set siden den store Margretes Dage, naar undtages, at Dorothea af Sachsen-Lauenborg 1529 havde fulgt sin Mand, der dog dengang ikke var antagen til Thronfølger, end mindre bleven Konge, op til Oslo. Brevskriveren, Anders Bentsen Dal, en dansk Mand, var Biskop i Oslo 1601—7. Om Hr. Ole Nilssen vides omtrent Intet. Mag. Thomas Lagesøn, som 1602 fik Oslo Sognekald, var født 1566 paa Modum i Oslo Stift, hvor Faderen var Sognepræst, blev 1586 indskreven som Student i Rostok, 1594 Sognepræst i Thoten. Ved Christianias Anlæg blev han første Sognepræst der og døde i den store Pest 1630. Flere af hans Sønner omtales i Forf. Lex. En af dem, Anders, blev Fader til den bekjendte Rektor Høielse i Nykjøbing p. F.

Salutem nullo morbo aut contagio infirmendam, per Christum. Quum, Reverende Domine Thoma, divina vlciscente iusticiâ, nostra ex ingratitudine laccessitâ, vir sanctæ recordationis, Dominus Olaus Nicolaj, Pastor Asloiensis, 4. Novembris e vivuis exemptus, et ancillula mea eodem die extincta esset: Ego confestim ad portum Moss appellatum, ad Maiestatem Regiam exire jubebar. Quò etiam postridie feliciter satisque tempestiuè perueni. Quamuis autem me diligentissimè et subjectissimè excusarem, et me domi meæ funus adornare omnibus reuelarem: nihilominus tamen ad illustrissimi Domini Regis colloquium die 6. Novemb. sum vocatus. Quo die variis de articulis inter ipsius Maiestatem, Dominum Proregem et me solos, vltro citroque habitus est sermo. Nec prætermissa est illic consultatio de idonei alicujus viri in D. Olai locum substitutione. Tuum autem nomen præ reliquis honorifice est in auribus Regis cum clementi ipsius approbatione nominatum. Interea, dum ego illustrissimi Regi et Reginæ cum aulicis reliquis valedico, et ad nostros me recipio, funera nostra domi sepeliuntur. Proxima exinde dominica, quam 24. a Trinitate hoc anno numeravimus, concionem Asloia habui, et coetum vniversum ad preces devotas pro pio, erudito ac gravi viro ad pastorum urbis nostræ eligendo et vocando sum cohortatus: ita ut tota mihi ecclesia profusis ad Deum lachrymis de re tam maximopere necessaria supplicare visa sit. Habita sunt dehinc senatusconsulta, audita prudentiorum suffragia: Sed diuino in hisce omnibus instinctu factum, ut omnium voce & hortatu in te unicum sit conclamatum. Te videlicet omnibus et singulis exoptatissimum fore loci hujus pastorem. Unde factum, ut cum Domini Proregis Georgii Friisii, tum etiam meas ad te literas humillime petierint, quibus te ad functionem hanc capessendam Dei, Regis et Ecclesiæ verbis invitarem. Qva in re, utpote pia, honesta, nec minus utili, quam necessaria, meam illis operam denegare non potui. Qvocirca mi D. Thoma, quam possum diligentissime maximeque serio te exhortor, ut functionem hanc, quæ tibi nullis modis eam ambienti, tam legitimis tamque æqvissimis rationi-

bus offertur, ea, qua exoptamus, animi promptitudine complectaris. Deus namque te vocat per media summa et optima. Gaudebis hic cum aliorum bonorum et doctorum virorum collegio, tum etiam quotidiana mea, quoad vixero, familiaritate et assistentia. Stipendium pastoris, quod satis hactenus opimum fuit, regia adhuc (si morem gesseris) liberalitate augebitur. Vides, Deum nolle, ut ætatem tuam totam ruri disperdas. Esse enim te ad maiora ab ipso creatum, prædestinatum, electum ac vocatum. Neglectis proinde, quæcunque objicientur, obstaculis, diuinum sequens ductum, de mutando loco nihil ambi-gens cogita. Ne Deum offendas, et magistratui, quam optime tibi iam faventi, tergiuersando frontem corruges, et nihilominus tandem ad obsequium præstandum autoritate interposita compellaris. Non est, quod dubites, quin hosce multi honores ambiciose venentur. Tanto vero illi erunt tibi honoratiores, quanto minus sollicitè in eos te inhiauisse omnibus est notissimum. Tanto erunt etiam tibi in ministerio hoc successus faciliores et foeliciores. Ego autem nunc epistolam hanc ad te meam voto claudam: exoptans, ut divino confirmatus Spiritu, oblatam prompto recipias animo conditionem, forti constantique sustineas, et invicto perferas in Deiglioriam multorumque cum tua salutem. Amen. Categorici aliquid et exoptati nobis responde, et ad novi anni initium (quod Deus faustum velit esse) apud nos comparere, in ecclesia docere, et nobiscum colloqui non recuses. Vale. Asloia die 15. Decemb. Anno 1602.

Tuus ex amino amicus

Andreas Benedictus Dallinus.

Udskrift: Hæderlige oc Vellærd Mandt Her Thomas Laugessøn Sognepræst paa Thodten, min synderlige gode Venn, gaudsche venligenn tillschreffuit.

Paategning: NB. Dette gamle og rare Brev har Provsten Dorph laant af mig for at indtage en Copie deraf i sin Bispehistorie, vedgaar

C. Hammer.

Melboestad i Gran Sogn d. 16 Juni 1764.

2.

En Antegnelse om Thomas v. Westen.

(Af Mag. Michael Tyrholm, Provst og Sognepræst til Vanse paa Lister. Den samme Tyrholm, om hvem se min Meddelelse i Illustr. Nyhedsbl. 1859 Nr. 7, er ogsaa Forf. af et ikke uvigtigt Haandskrift: »Diptycha Episcoporum Stavangriensium et Christiansandensium». Den her meddelte Notits findes i Chr. Univ. Bibl. Mscr. Nr. 260 Folio.)

Til et Bevis paa hans gudelige Sind kan jeg og erindre, at jeg engang i mine unge Dage (1710, ni fallor), da jeg var 19 Aar gl., havde Leilighed at være med ham paa et Skib ude paa Kjøbenhavns Rhed, som han vilde betinge sig med til Norrig. Da han nu talede sammen med Skipperen i Cahyten derom, fandt han ham ikke moraliseret, men en grov Ordgyder, som talede meget letsindig om adskillige Ting og iblandt andet roste sig selv meget af sine Sø-Togter, men slet intet havde Gud i Munden etc., hvorpaa von Westen svarede saa: Dette kommer mig for, ligesom der meldes om Pave Adriano VI, som havde været Kejser Carl V's Informator, at da han var kommen til den pavelige Stol, skrev han paa en Tavle: Ultrajectum plantavit, Lovanium rigavit, Caesar dedit incrementum, hvorunder en Anden siden skrev disse Ord: Hic Deus nihil fecit. Hvilket han applicerede og moraliserede for Skipperen, saa han skammede sig, og von Westen sagde, han vilde søge en anden Leilighed. Dette anhørte jeg som en opbyggelig Lærdom, jeg og lagde paa Hjerte.

Jeg har engang havt den Fornøielse at høre ham prædike i den gamle Slotskirke for Høilovl. Ihuk. Kong Frederik IV. Dom. 10. p. Trin., som jeg vel mindes, at han havde det Exordium: Habac. 3. v. 2. Herre, der jeg hørte Tidende fra Dig, da frygtede jeg; da han prædikede med stor applaus og særdeles pathetisk.

3.

Et Brev om Johan Ernst Gunnerus.

Om J. E. Gunnerus, der som bekjendt var Biskop i Trondhjem († 1773), men forøvrigt især har gjort sig fortjent

som Naturgransker, og hvis Navn er knyttet til den af Struensee paatænkte Reform af Kjøbenhavns Universitet, henvises navnlig til Meddelerens »Trondhjems Stifts Bispehistorie« S. 174 flg., og til Schiødt's »Af Linnés Brevvexling, Aktstykker til Naturstudiets Historie i Danmark« (Naturhist. Tidsskrift 3. R. VII, 408 flg.). Nærværende Brev meddeles efter en samtidig Afskrift i Christiania Universitets-Bibliothek, Mns. Nr. 260 Fol.

Summe Venerabilis Dne D. et Professor,
Fautor exoptatissime!

Quod paucis hisce literis eruditos Tuos labores, quibus rem literariam sacram exornas, atque Ecclesiam Christi adjuvas ac tueris, interpellem, condonabis facilis, ac favebis etiam petitioni meae, quantum poteris (tantum de humanitate pietateque Tua mihi polliceor), ubi argumentum literarum mearum cognoveris. Mag. Gunnerus e Norvegia, quae et mihi patria tellus est, oriundus, sed jam diu inclytæ Universitati vestrae civis neutiquam incelebris, jam dudum id egit, ut officio alicui sive sacro sive academico a Rege nostro Augustissimo Optimoque admoveretur. Jamque etiam id agitur serio, ut petitioni ejus fieri queat satis, ubi occasio faverit, et constiterit paulo exactius, quali quidem provinciae debito cum fructu exornandae is imprimis aptus videatur prudentibus piisque viris e propinquo eum noscentibus. Tuo autem iudicio fideique Tuae plurimum tribuimus ea de re solliciti. Rogo igitur precorque, ut quam primum animi Tui sententiam exponas indicesque, in quam partem convertendae potissimum cogitationes sint ingenio Gunneriano cognitaeque eruditioni ejus valde faventibus, debitamque simul, id est, ut nosti optime, summam publicae Christianaeque rei juvandae habentibus rationem. An Parochiae alicui praeficiendum eum censes Pastorem animarum? An in Gymnasio aliquo Professorem designandum? Idem an recte fieri posset in Equestri Academia Sorana, aut in ipsa hac Universitate Regia, quaererem etiam, si probabile videretur, aut illic, ubi Professorum

nemo senex est, aut heic loci, ubi quatuor jam habemus designatos Professores, decedentibus successuros, intra tempus haud nimis longum, vacuum futurum locum, quem Gunnerus adire posset. Non scio satis, an intra breve tempus nancisci queat munus aliquod in Universitate hac Professorio proximum et suppar, sed tale, ut et eruditionem Theologicam simul et Philosophicam non exiguam, et pietatem etiam veram prudentiamque exigat, quantum sc. habere is debeat, cujus sit et cognoscere exactius, et regere etiam studia vitamque centenorum aliquot Theologiae studiosorum. Cuperem tamen, quid de Gunnero hoc respectu promittas, ita doceri, ut noveris simul, malle me atque minus noxium censere, Professore aliquem (imo ut apertius loquar) duos tresve non idoneos maxime optimosve esse, quam in electione ad istud Professorio suppar officium errari gravius. Tantum hic nempe hic error, si committitur, civibus nostris, Universitati, rei literariae, ecclesiae, emptisque sanguine Christi animabus, afferre poterit detrimenti. Taceo non posse non miserum esse, qui officium suscepit sibi non aptum, idque de isto cumprimis officio valere. Non una ratio credere jubet Gunnero Te bene cupere, plures vero, Te Ecclesiae reique literariae juvandae studio ardere. Quapropter non spero tantum, sed confido etiam audaciusculae petitioni meae haud illibenter Te facturum esse satis. Si quid vicissim fuerit, in quo mea opera utilis Tibi esse possit, jube modo, et habebis obsequentem. Puto Bernhoftium, Ephoriae cujusdam meae alumnum, aliquot jam annis sacris apud vos studiis invigilantem, inter meliores Tibi notum probatumque esse.

Patronus Universitatis nostrae Illustriss. Comes Jo. Lud. Holsteinius, Consiliariorum Regiorum in Senatu Sanctiori Primus p. p. meis verbis salvere Te atque valere quam optime jubet. Ego vero DEum ex animo precor, ut Tibi Tuisque semper adsit favens, Teque quam diutissime incolumem servet inclytissimaeque Universitati Jenensi, Ecclesiaeque vero Christianae laboresque Tuos omnes faciat quam maxime fruc-

tuosos! Idem nominatim Filiis Tuis tantam jam nominis celebritatem merito suo adeptis precor.

Hauniae d. 23 Martii 1754.

Summe Venerabili Nomini Tuo
addictissimus

Petrus Holmius.

P, S. Haud scio annon oporteat ea, quae respondere dignaberis, legi a Patrono laudatissimo sed laudibus meis majori, adeo is a literis et Ecclesiae Christi regnisque immortaliter meritus est et meretur in dies. Quin fieri poterit, ut ipsi Augusto exhibenda sint. Poteris igitur in adjecta schedula monere, si quid epistolae ipsi commode ob indicatam rationem inseri non poterit, quod scire tamen me velis. Vale.

A Monsieur, Monsr. Jean George Walch, Premier Docteur et Professeur en Theologie dans l'Illustre Université de Jena pp.

ad. Jena.

Franco.
